FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Caspar Diedrich von Dahlen.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), [11.01.]1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14070

Visual Library

8.

ro id mihi liceat aliquando aliis officiis largissime compensare. Id quod futurum spero. Vale in DOMINO et amare per-

ge. Hal. d. 11. Jan. 1712. IV

add Dn. Dahle, Past. Vesaliae.

47

Vir admodum Reverende

Litteras Tuas die quinto Januarii a. c. datas rectissime accepi, statimque nummum inclusum Dno Elers tradidi, qui schedulam insertam mihi reddidit, e qua conspicies, illum jam Tibi debere. Caeterum gratias Tibi ago maximas pro salute ac gratia Jehovae in Christo, quam mihi comprecatus es. Reciproce DEum ego enixe rogo, ut praesens ipse versetur tecum in laborem quem Ecclesiae impendis, et animum Tuum gratia subinde sua exhilaret, et χαρισμάτων accessione indies regno Dei consequendo illique aliis aperiendo magis atque magis adaptet, deni-

que

quæ uberrima sacri muneris benedictione
Te impertiat. Querela, quam de Collega
instituis, haud mediocri animum meum mole-
stia adfecit. Iste enim a pubescente ætate
sua mihi notus et quasi in gremio meo edu-
catus est. Animum ipsius vere DEo additum
fuisse, quamdiu apud nos fuit, mecum uno
ore facile omnes testabuntur. Jam vero
induisse alium animi habitum ac Phari-
sæorum ac Pseudapostolorum more φιλεῖν
τὴν πρωτοκλισίαν καὶ τὰς πρωτο-
καθεδρίας καὶ τὰ τοῦ ἑαυτοῦ ζητεῖν,
immo Conservo fideli se opponere re-
ligioni mihi est, de eo suspicari. Jubet
charitas de utroque vestrum meliora
quævis sperare; judicem agere asperio-
rem in alterutrum, altera parte inau-
dita, nefas foret. Nec consultum iudico,
immo nec mearum partium, examen
eorum instituere, quo de illo mihi scri-
pisti

pisti. Pronum enim id foret ad accenden-
dum illius animum aduersus Te, quem
tibi mallem ego penitus conciliare.
Nihil igitur, exceptis precibq ad Deum
fundendis, relictum mihi est, nisi vt
vtrumque, dato tempore, moneam stu-
diosissime ad consectanda τὰ πρὸς
εἰρήνην; æmulationem vero omnem
et contentionem fugiendam, ne disso-
ciatis Pastorum animis, oves disper-
gantur ac pereant. Nihil vero cer-
tius, quam, si alter operam det, vt
lucretur alterum, et quilibet ita mu-
tationi animi sui studeat, quasi omnis
culpa discordiæ non in altero, sed in se
ipso hæreat, futurum, vt quam primum
valescatis. Sin existimaris
isthuc a Collega obtineri non posse,
facis obsecro, vt tua pietas, charitas,
tolerantia, lenitas, abnegatio
tui

tui ipſius, & reliqua virtutes per fer=
ventiſſimum precum exercitium & præ.
clarum fidei certamen ſic exſplendeſcant,
vt vel ſic animus Collegæ convincatur,
prorsus alium te eſſe, quam quem cre„
diderit olim abſentem et adhuc igno„
tum, cordati vero omnes intelligant
te illius, vel inviti, eſſe studioſiſſimū
teque omni culpa abſoluant. Interim
meam admonitionem in bonam par„
tem interpretare et vale.

J. A. H. F.

48

V.

Dn. Belliſomo. Berolin.

Litteras Tuæ Dominationis Berolino die
XV. Jan. ad me datas rectiſſime accepi,
statimque incluſas ad Dn. Hastingium
nec non copiam Cambii ad Dn. Kockium
miſi. Semper mihi gaudio erit, ſi mea Tibi
porro aliqua in re vtilis eſſe opera potu
erit